

sunt grosse/ os/ oculos & nasum & sunt grosse mamas quadruplo plus alijs mulieribus  
viuunt insuper de lacte riso dactalis & carnibus. non habent uinum de uitibus.  
set conficiunt uinum de riso çucham & alijs speciebus ita quod est ualde bonum.  
Jbi fiunt magna mercimonia. nam illuc multi mercatores uenient cum multis  
nauibus in quibus ferrunt multa mercimonia que uendunt in hac insula. & magnam  
quantitatem dentium elephantum portant de insula nam multi sunt ibi. habent  
etiam ambrum multum nam ibi capiuntur cete. homines istius insule sunt fortes  
99<sup>v</sup> belatores & boni in prelio. quia sunt ualentes & quasi mortem non timent. Jpsi  
non habent equos/ set super camelos bellant & elephantes. nam super elephantes  
pergama construunt. & ipsos optime coperiunt & post modum super ascendunt  
xvj uel xx homines cum lanceis ensibus & lapidibus & sunt fortia illa bella que  
cum elephantibus fiunt. & non habent arma nisi clipeos de corio enses & lanceas.  
& se inuicem occidunt. quando uolunt ducere elephantes ad belum dant eis uinum  
ad bibendum. & hoc faciunt quia quando elephantes de hoc uino potauerint/  
efficiuntur magis superbi & feroce. & melius ualent in prelio. Nunc magnam  
partem omnium rerum de hac insula diximus uidelicet hominum bestiarum &  
mercimoniorum. alia in ea dicenda non sunt. quando(?) amodo narabimus de  
magna prouincia abasce. set tamen aliquid continuo dicemus de Jndya. Noueritis  
itaque quod non tractauimus de insulis Jndye nisi solummodo de noblioribus  
prouincijs & regnis & insulis que in ea sunt. quoniam nemo est in mundo qui de  
omnibus insulis posset ueritatem referre. set diximus de omnibus melioribus &  
flore. Nam pro maiori parte istarum insularum de Jndya de quibus mentionem  
non fecimus subdite sunt istis de quibus fecimus mencionem Et noueritis quod  
in isto mari Jndye a leuante usque ponentem sunt duodecim milia & septingente nota  
insule/ quarum aliique habitantur. aliique non. prout in compasu ostenditur & in mari indie inueniuntur  
scriptura mariniorum|

conuersantium in illo mari|

conuersantium in illo mari de Jndia. Nunc dimitemus

100<sup>r</sup> de Jndya maiori que continet a maabar usque ad kesmacora. In qua sunt tresdecim  
regna ualde magna. de quibus nominauimus decem. Minor uero Jndya continet  
a çamba usque ad Muthphyli in qua sunt viij regna magna. exceptis semper illis  
de insula que sunt in magna quantitate amodo de mediocri Jndya dicemus que  
nominatur abasce / Hic Incipit narari de abas que est mediocris Jndya.//—

**N**oueritis itaque quod abasce est quedam ualde magna prouincia que mediocris  
Jndia appellatur. Maior quidem rex istius prouincie est xpistianus. & hic sunt reges tres xristi-  
omnes alij reges prouincie sunt subditi isti regi qui sunt sex de quibus ani & tres saraceni